

Alabastris

ex vires

ex Gal.

Nomina.

candidior. Probatissimus vero in Carmania, mox in India, jampridem & Syria, Asiaq. Viliissimus autem, & sine ullo nitore in Cappadocia. Probatior quam maxime mellei coloris in vertice maculosi: hac Plinius. Hujus facultates memoria prodidit Galenus lib. 9. simplicium medicamentorum, sic inquit: Et alabastrites vocatur unguis in medicina usum ingreditur combustus. Quidam eum bibendum dant stomachicu. Is Græcè λίθς ἀλαβαστρῆς, Latine, Lapis alabastrites dicitur: Italice, Alabaastro.

λίθς θυϊτης.

LAPIS THYITES.

CAP. CXI.

Lapis nomine Thyites, in Aethiopia gignitur, subviridi colore jaspidem imitatus: cum diluitur tamen lacteum succum reddit. Vehementer mordet: tenebras, quæ pupillis obverfantur, expurgat. 10

Fuchsius

maie

Turcicus

Lapis Thy

ites cre-

ditur.

Thyiten lapidem neq. ipse hactenus inveni, neq. ab alio compertum scio. Qui fortasse ex Aethiopia tantum petendus est, ubi eum gigni prodidit Dioscorides. Veruntamen Fuchsius medicus singulari doctrina, libro illo de compositione medicamentorum, quem collocupletatum secundo edidit, lapidem Dioscoridi Thyiten dictum, nihil aliud esse censet, quam lapidem illum ceruleum, qui Italis vulgò Turchina, aliis vero Turcicus lapis appellatur, ut ejus verba, qua subiiciam, aperite declarant. Jaspis, inquit, Galeno duplex est. Una subviridis, qua Dioscoridi Thyites, ut alibi diffusè monstravimus, dicitur. Thyites autem non est nisi ea Jaspidis species, qua quoddam acri & caelo matutino autumali similis sit, hoc est, cerulea ladeq. suffusa æquilis. Græcis, Junioribus Turcica, Germanis Turches nominatur. Quam certe appellationem verisimile est ex Thyitu depravata voce promanasse, originemq. suam duxisse. Altera viridis, qua sic dicta est quia vires. Ejus duodecim sunt genera, qua alibi à nobis sunt ordine explicata. Quintum autem genus est Turcica vocata Jaspis, de qua jam diximus. Hactenus de Thyite lapide Fuchsius sententia. Qua sane mihi nonnulli rationibus refellenda videtur. Primum namq. non invenio, quod Galeno Jaspis in duo genera digeratur, in viridem scilicet, & subviridem, ut illi Fuchsius adscribit. Sed ipsum viridis tantum meminisse constat, lib. 9. simplicium medicamentorum, ubi de ejus facultatibus disserit. Nec obstat, quod Galenus eodem libro in commemoratione Thyiti lapidis ex Dioscoride, hunc coloris esse scribat subviridis quodammodo ut Jaspis: siquidem Galenus eo in loco Dioscoridi verba refert, ut ex capiti illius titulo quisq. certior fieri potest: id enim ita inscriptum legi ut, τῆς ἀσπιδὸς θυϊτῆς. De Dioscoridi Thyite. Præterea equidem nescio, quo pacto lapis ille Turcicus possit esse Thyites, quoniam hic tum Dioscoridi, tum Galeno coloris est subviridis, non autem saturati cerulei, ut ille. Ad hac si lapis, qui ἀσπίς Græcis vocatur, & qui verè Turcicus est, Jaspidis generibus assignatur (quod ipse quoq. Fuchsius asserit) non video, quo modo fieri possit, ut idem sit Dioscoridi Thyites: qui a nemine. Quod sciam, inter jaspidum genera recensetur. Postremo mihi quidem non videtur verisimile, quod Turcicus lapis à Thyitu depravata voce nomen acceperit: quam enim, quæso, illa voces habent inter se similitudinem? certe nullam. Quare potius adducor, ut credam eam appellationem fluxisse ab Italice nostra lingua: nam quemadmodum in Italia ceruleus color, quem propriè cæli colorem esse volunt, vulgò turchino vocatur: ita etiam inibi lapis is, de quo sermo est à colore, quem ceruleum habet, Turchina nominatur. Ex qua nomenclatura postea facile factum esse arbitror, ut eundem lapidem juniores Turcicum appellaverint: atq. adeo simili imitatione fortasse ducti Germani ipsum Turches dixerunt. Lapis qui Græcis λίθς θυϊτης, Latinis item Lapis Thyites appellatur. 30

λίθς ἰουδαϊκός.

LAPIS JUDAICUS.

CAP. CXII.

Judaicus lapis in Judæa nascitur, glandis effigie, candidus, scita admodum configuratione, lineis 40
Jæqualiter inter se distantibus, quasi industria detornatis. Solutus nullam qualitatem manifestam gutturi repræsentat. Potest ciceris magnitudine tritus ad cotem, ut collyrium, cum calidæ aquæ cyathis tribus, potu difficultati urinæ auxiliari, & calculos in vesica comminuere.

Lapis

Judaicus

vires ex

Gal.

Nomina.

Lapis è Judæa allatus, unde & illi nomen, passim in officinâ habetur. Utuntur eo medici non modò ad vesica calculos, sed etiam ad eos, qui in renibus sunt. Galenum secuti, qui lib. 9. de simpl. medicamentorum facultatibus, ejus faciem ac vires descripsit, his verbis. Est & alius lapis viribus valentioribus in Palæstina Syria proveniens, colore candido, specie concinna, lineas habens ceu torno ductas. Appellatur autem eum à loco, in quo nasci consuevit, Judaicum, utunturq. ad vesica lapides in cote solventes, & ex aqua calida tribus cyathis potui præbentes. Sanè in quibus nos experti sumus, profecit nihil, quod ad lapides vesica pertinet: verum ad eos, qui in renibus hærent, efficax est. λίθς ἰουδαϊκός Græcis, Latinis 50
verò, Lapis nuncupatur: Arabibus, Hager alyeudi, seu Agiar alihend: Italicè, Pietra Giudaica: Germanis, Judenstein.

λίθς ἀμιαντός.

LAPIS AMIANTUS.

CAP. CXIII.

Amiantus lapis in Cypro nascitur, scisso alumini similis: quo, utpote flexili, telas, & vela tantum spectaculi gratia texunt, quæ ignibus injecta ardent quidem, sed flammis invicta splendidiora exeunt.

Amiantus

lapis

confid.

Vestis ex

Amianto.

Plinii er-

ror.

Lapis Amiantus ita appellari capie, quod in ignem coniectus non modò non comburatur, nihilq. splendoris amittat, sed si sordidus fuerit, nihil deperdens, nitidus, & splendescens extrahatur. Idem vocatur Asbestos, quod in lucernis pro elychnio impositus, non solum non extinguitur dum aliquid olei supererit, sed nunquam comburatur. Idem lavatur, autur, netur, textitur. Quare (ut Hierocles literis commendavit) Brachmanes Indorum Philosophi, ex eo sibi vestes parant ut divinitatis specimen posteritati de se relinquerent. Ex eodem quondam etiam funebres Regum tunica fiebant, quibus induti in rogi imponerentur, ut corporum cinis, à lignorum cinere secretus seclususq. sepulchro condi posset. Hinc Plinius, vel auctor quisquis ille fuerit, à quo transcripsit, manifestò deceptus est, quod putavit ex lino quodam Indico hæc parari telas. Nam is libro decimonono. capite primo, de eo ita scriptum reliquit. Inventum est etiam limum, quod ignibus non absumeretur. Virum id vocant, ardentemq. in focis conviviorum ex eo vidimus mappas, sordibus exustis, splendescens igni magis, quam possent aquis. Regum inde funebres tunica corporis favillam ab reliquo separant. Nascitur in desertis, ad usq. Sole India, ubi non cadunt imbres, inter diras serpentes, assuescitq. vivere ardendo. Ratum

Rarum inventu, difficile textu propter brevitate. Rarus de cetero colos splendet igni. Cum inventum est, aequat pretia excellentium margaritarum: vocatur autem à Græcis Asbestinum, ex argumenti natura. Anaxilaus auctor est, ex eo circumdatam arborem, surdis illibus, & qui non exaudiantur, cædi. Ergo huic lino principatus in toto orbe: Hæc ille. Quæ tamen partim fabulosa, partim vera apud me sunt. Obtrusi nimirum ingenii esset, credere lino aliquod igni impostum non ardere: sed transeant hæc unà cum Salamandra fabulosa historia. Ego autem id erroris evenisse censeo ab Amiantis lapidis vivum, effectu. Cum enim vidissent antiqui ex eo stamina duci, & telas, & mappas inde parari, lino vivum lapidem hunc ab opere eos appellasse credendum est: officina ac medici Alumen plumbeum vocant, id esse existimantes, quod Græcis scissile dicitur. Sed meo quidem iudicio, falluntur, cum plumbeum alumen iis vocatum nulla adstringenti vi polleat, sed acris, nec in ignem conjectum comburatur, quod Amiantis est proprium. In hac vulgari opinione ego quoque, unà cum plerisque, rei metalli-
 10 ca studiosis jam pridem versatus sum, donec clarissimus medicus Lucas Gbinius legitimum alumen scissile Pisis ad me misit, facie adedò Amianto simile, ut nisi adstrictoria vis, qua pollet, ipsum ab Amianto plurimum differre gustu indicasset, alterum sanè ab altero discernere nescivissem. Nihilominus & ex eo discrimen cognoscitur, quod hoc in ignem projectum statim exurit, ille verò nequaquam. Hinc itaque, sit, ut haud dubie credendum sit Alumen plumbeum vocatum legitimum esse Amiantum. Ceterum non desunt impostores (ut auctor est Brasavolus Ferrariensis) qui lapidem amiantum simplicibus mulierculis ostendant, vendantque, sapenumero pro ligno Crucis Servatoris nostri. Id quod facile credunt, cum igne non comburatur, quodque ligni modo plurimum constet lineis intercurantibus. Meminit Amiantis Plinius lib. 36. cap. 19. ubi sic inquit: Amiantus alumini similis nihil igni deperdit. Hic veneficiis resistit omnibus, privatim magorum. Eius nomen Græcum λίθον ἀμάντην: Latinum Lapis Amiantus: Italicum, Pietra Amianto.

Alumen plumbeum.

Alumen scissile & Amiantum dicitur.

Frustrum potiorum.

Nomina.

20 *λίθον σάπφειρον.* LAPIS SAPPHIRUS. CAP. CXIV.

Sapphirus lapis percussis à scorpione, potu prodesse existimatur. Contra intestinas exulcerationes bibitur. Excrescentia in oculis uvasque, & pustulas inhibet, & ruptas membranas cogit.

Sapphirus gemma colore constat cyaneo, perquam translucida. Lapis est omnibus notus, quod annulis, & torquibus, quæ collo gestantur, frequenter inseratur. Plinius Sapphiros aureis punctis collucere scribit libro 37. cap. 6. Veruntamen hæc ætate nullum hæcenus vidi Sapphirum, qui aureis colluceret scintillis, sed colore tantum cyaneo, adamantis modo translucido. Quo fit, ut putandum sit aut nostri usus sapphiros esse cyanos gemmas sapphiri amulas: aut hæc in re errasse Plinium fatendum, quod fortasse caruleum lapidem peculiariter vocatum, quem Mauritanii azulum vel lazulum dicunt, pro Sapphiri acceperit. Nam nullus præter hunc inter gemmas aureis emicat scintillis. Sapphiri vires perquam breviter per-
 30 strinxit Galenus, cum tantum ad scorpionum ictus haustum prodesse scripserit. Ceterum adduntur hoc tempore in medicamenta ad cor facientia, & in antidota, quæ adversus venena, & pestiferos affectus parantur, non modo sapphiri, sed smaragdi, carbunculi, granati, sardonii, hyacinthi, tametsi præter medicorum speciem, potantes plerumque fallant: quod rara admodum sint seplasia, quæ huiusmodi gemmas agnoscant, & legitimas habeant. Caveant itaque, medici, ne decipiantur. Id enim fiet, si ubi iis opus fuerit, peritissimos probare, fidei consuluerint gemmarios: quippe gemmarum ramenta, quæ in seplasiis habentur, adulterii, & imposturi non vacant. Adde, quod plerumque, alterum alterius vice supponunt. Putant enim chrysopatio aureo colore nitentes hyacinthos esse, qui tamen amethystum colore referunt. Præterea observandum est, ut gemmarum ramenta, si qua legitima, præclaraque, inveniuntur, quin & margaritæ, & coralli super lapide porphyrite tam diu atterantur, usque dum redigantur in pulverem tenuissimi pollinis instar. Et sanè advertant medici, quibus
 40 cura est, ut plus honoris, quam auri lucentur, ne corallia in æneis mortariis conterantur. Nam si id inconsulte fiat, ærafis delinatisque, æneis mortariis, ferreisque, pistillis, aris & ferri scobis corallia admista, noxium & venenosum reddet medicamentum, magna egrotantium iactura. Quandoquidem vidi ego sæpius mulierculas, quæ corallia & margaritas in æneis mortariis contriverunt, & subinde suis egrotantibus propinaverunt, qui iis degustatis in maximum deducti sunt discrimen. Qui lapis λίθον σάπφειρον Græcis, Lapis sapphirus item Latinis dicitur: Italicum, Sapphiro.

Sapphiri confid.

Sapphiri vires.

Gemma-rum ramenta in offic. adulterata.

Corallia ut contentenda.

Nomina.

λίθον μεμφίτην. LAPIS MEMPHITES. CAP. CXV.

Memphites in Ægypto juxta Memphin invenitur calculorum magnitudine, pinguis, verficolor. Tradunt trito, & illito, quæ urenda, aut secanda sunt, sine periculo obtupecere, ita ut non sentiant cruciatum.

λίθον σεληνίτην. LAPIS SELENITES. CAP. CXVI.

Selenites lapis, quem aliqui aphroscelenon appellarunt, quoniam noctu invenitur lunæ imaginem reddere, quæ cum ea quidem augetur, & decrescit. Nascitur in Arabia, candidus, translucens, levis. Hujus ramenta comitialibus in potu dari jubent. Eo ceu gestamine ad amuleta mulieres utuntur. Arborea adalligato eodem frugiferæ redduntur.

Memphites & Selenites confid.

Memphites lapis hodie, quod sciam, ad nos ex Ægypto non adfertur, tametsi vulnerarii medicis sæpius de desideretur, ubi integra partium sectio sit opus. Seleniten verò etsi antea non videram, emi tamen hoc anno a peregrino quodam, qui è Galitia Hispaniæ, ubi divi Jacobi templum inviserat in patriam revertebatur. Hic lapis vitri modo translucet, & facile in tennes finditur laminas: quo fit, ut iis in locis, ubi frequentissimus habetur, vitri vices expleat, ad concludendas adificiorum fenestras. Quidam quod speculi imaginem reddat, Specularem lapidem vocant. Ceterum quoniam hic translucidus lapis Crystallum nobis in mentem redigit, cum expectatur id sæpius in medicum usum, silentio involuendum non duximus. CRYSTALLUM itaque, (ut Plinius inquit l. 37. c. 2.) gelu vehementiore concrevit, nec alibi certe reperitur, quam ubi maxime hyberna nives rigent, glaciemque esse certum est unde & nomen Græci dedere. Hæc Plinii de crystallo sententia. Nos verò contrà rationibus, non obscuris innixi (quod etiam peritissimus Agricola sentit) Crystallum censemus nec glacie, nec nive fieri unquam: sed eo ipso humore, quo in terræ visceribus gignitur beryllus, adamas & alia id genus lapides. Gigni autem
 60 M m m m 3 tem cry-

Crystal-
-lites.
Plinii sen-
-tentia.

tem crystallum ex humore omnium purissimo sanè constat, quod omnium gemmarum clarissimum, translucidissimumq; sit. Probatum sic gigni, non autem (ut Plinius inquit) ex glacie, vel nive: quoniam unaquaq; glacies quantumvis longo tempore concreta in algidissimis montibus, à quibus nec hyeme, nec aestate nix unquam recedit, etiam si è profundis partibus eruat. liquefit tamen in calidis locis reposita, non modò ignis, sed solis etiam calore. Namq; id ipsum Crystallo eveniret, igni vel solibus admo, si è nive aut glacie concreveret: reperireturq; tantum in montibus perpetuò nivosis. Verum enimvero cum reperitur etiam in marmorum, aliorumq; lapidum, & metallorum fodinis in Hispania, Germania, Scythia, Cypro, Carmania, & in Nerone, & Chiti rubri maris insulis, quin & in agris, ubi seges feritur, ubi aratro sapius magnas crystalli glebas fodere bubulci, liquidò sanè constabit, ex alia materia gigni crystallum, quam glacie. Siquidem id, quod in præruptis montium scopulis invenitur, superficietenus coherens, ex purissimo lapidescente humore in visceribus terræ concrevere non dubitaverim: quo tamen tractu temporis pluviarum impetu, quæ in præruptis montium universam deradunt terram denudari crediderim. Quapropter non temere dixit Plinius, liquidò se affirmare posse in cautebus alpi-
um nasci adeò invisi, ut plerumq; fune pendentes id extrahant homines. Huic alia accedit ratio, quod glacies per aquas innatet, crystallum verò illico subfidat. Porro Pliniana sententia, præter hæc refragatur apertissime Julius Solinus ca. 20. Polyhistor: his verbis. Ille & crystallus, quam licet pars major Europæ, & particula Asia subministrant, preciosissimum tamen Scythia edit. Destinatur ad pocula: nam fert calorem præcipue quamlibet nihil aliud quam frigidum pati possit, se-
xangulus invenitur. Qui eligunt purissimum caprant, ne quid rufum nève nubilum, vel spumum obfitum arceat perspicui-
tatem. Tunc ne duritia justo propensior obnoxium fragilitati magis faciat. Putant glaciem coire, & in crystallum corpo-
rari, sed frustra. Nam si ita foret nec Alabanda Asia, nec Cyprus Insula, hanc materiam procrearet. Quibus regionibus in-
citatisimus calor est. Livia Augusti ad magnitudinem centum quinquaginta librarum inter capitulina donaria crystal-
lum dedicavit. Præstantissimum illud existimant, quod album & aquæ clarissimæ modo pellucidum visitur. Vis crystalli
Gal. adstrictoria: proinde datur in pulverem tenuissimum tritum utiliter dysentericis ex vino austero. Alba uteri profluvia si-
sit, lac verò nutritibus auget, quod à Tridentinis mulieribus didicimus. Fiebat quondam antiquè Crystallo pila, qua ad-
versus solis radios exposita medici corpora urebant, igne inde concitato. Sed iis tantum id cauterii genus admovebant, qui
candente sero perterriti curari reformidabant. Sed & nos huiusce cauterii periculum fecimus, non sine egrotantium &
Nomina. asstantium admiratione. Lapis, qui Græcis λίθος ιασπίδος, Latinis lapis Memphites, Italis Pietra Memphite vocatur. Qui
verò λίθος σελενίτης Græce, lapis selenites Latine, Pietra selenite, Italicè appellatur.

Αἰδῶ λαοῦ.

LAPIS JASPIDIS.

CAP. CXVII.

Jaspidum quædam smaragdum imitatur: alia crystallum, colore similis pituitæ: alia non dissimilis
aeri, ob id vocatur aerizula: alia veluti fumo infecta, quæ capnias ex argumento vocatur: quædam li-
neis albis resplendentibus præcingitur, Assyrios appellata: alia terebinthinæ similis, quæ terebinthi-
zula dicitur: alia colore callaida gemmam æmulatur. Omnes amuleta esse traduntur, & accelerare par-
tum femoribus appensæ.

Jaspidum
genera.

Jaspidum genera longè plura recensentur, quam quæ à Dioscoride describuntur. Quandoquidem quædam visitur cæru-
leo copioso, aut glauco pingui similis, id est, viridis lacte suffusa. Alia purpurea, qualis nascitur in Phrygia. Alia rosea, &
quasi florib. tineta, qualis in Ida monte profundissimis specubus foditur. Alia ex purpura cærulea, qualis invenitur in Cap-
padocia. Alia ex rubro nigra. Alia jecoris imitatur colorem, quæ si saturatiore colore reperitur, lineis ejusdem coloris di-
luti, & nigri cingi solet. Quædam nivem imitatur utilis punctis respergitur. Quædam onychæ pungitur, aut ex altera par-
te jaspis est, ex altera onyx, proinde jaspionyx vocata. Alia cujus altera parte sit purpurea, altera viridis, nec utrinq; pellu-
ceus, sed qua parte virebit. In summa varia est Jaspidium natura. Suspensas ad plura valere ajunt, nempe ad omnem san-
guinis fluxum, ad protegendum conceptum, & partum juvandum, veneremq; inhibendam, & febrem, & hydropem su-
gandam. Nec desunt superstitiosi, qui dicant Jaspidas homines reddere gratos, potentes, ac tutos, si quibusdam magicis
verbis admurmurentur, priusquam suspendantur. Ex tot Jaspidis generibus viridis tantummodo meminit Gal. l. 9. simpl.
medicamentorum, ubi de facultatibus ejus ita differuit. Proprietatem nonnulli lapidibus quibusdam testimonio suo ad-
scribunt talem, qualem revera habet Jaspis viridis, nempe stomachum, ventricq; os juvans appensa. Ac nonnulli quoq;
ipsam annulis inferunt, sculpuntq; in ea draconem radios habentem, velut rex Nechepso scripsit in quarto decimo libro.
Sanè huius ego quoq; lapidis abunde periculum feci. Torquem enim ex huiusmodi lapillis confectum à collo suspendi, ita ut
Nomina. lapides os ventris contingerent. Apparebant autem nihilominus prodesse, etiam si sculpsit non haberent, quam descri-
psit Nechepso: hæc enim Galenus. Qui lapis Latinis Jaspis, Græcis λίθος ιασπίδος dicitur: Italis, Diaspro.

Αἰδῶ ἀετῶν.

LAPIS ÆTITES.

CAP. CXVIII.

Ætites lapis est veluti prægnans, cum quatitur, alio in utero sonante. Gravidis continet partus, cum
lubricæ sunt vulvæ, & parum renaces, sinistro brachio adalligatus: sed parturientibus è brachio
amoveatur, & feminibus alligetur, ut sine doloribus pariant. Furem deprehendit, si quis in pane condi-
tum offerat: fur enim mansum devorare non poterit. Quinetiam concoctus furem coarguit: quippe de-
cocta cum eo devorare non poterit. Tritus, & cerato exceptus, cyprino, aut gleucino, aut alio ex calfa-
ciente, comitiales magnificè juvat.

Ætites la-
pidis hist.
& vires.

Ætites Græci, Latini Aquila lapidem dicunt, quod aliquando in earum reperitur nidus. Variat lapis hic tum colore
tum magnitudine, & vulgaris est notitia. Meminit huius Plin. l. 39. c. 21. his verbis. Ætites lapides ex argumento nomi-
nis magnam famam habent. Reperiuntur in nidis aquilarum, sicuti in decimo volumine diximus. Ajunt binos inveniri,
marem, & feminam: nec sine iis parere, quas diximus aquilas, & ideo binos tantum. Genera eorum quatuor. In Aphrica
nascentem pusillum & mollem, intra se, ac velut in alvo habentem argillam suavem, candidam: ipsum friabilem, quem
femine sexus putant. Marem autem, qui in Arabia nascitur, durum, gallæ similem, aut subrutilem, in alvo habentem du-
rum lapidem: tertius in Cypro invenitur, colore illi in Aphrica nascentibus similis, amplior tamen, atq; dilatatus, ceteris
enim globosa facies. Habet in alvo arenam jucundam, & lapillos: ipse tamen mollis, ut etiam digitis frietur. Quarti ge-
neris Taphiusius appellatur, nascentis juxta Leucadem in Taphiusa, qui locus est dextra navigantium ex hac ad Leucadem.
Inveni-

Invenitur in fluminibus candidus, & rotundus. Huic est in alvo lapis, qui vocatur callimus, nec quicquam tenerius. Hædennus de aquilinis lapidibus Plinius. *Λίθος ἀετίνης* Græcis dictus, lapis Aetites Latinus vocatur: Arabibus, Hager achamach: Italis, pietra d' Aquila.

Nomina.

Λίθος ὀφίτης.

LAPIS OPHITES.

CAP. CXIX.

Ophitæ genera multa: quidam ponderosus, & niger: alter cinereo colore spectatur, punctis distinctus: tertius lineis quibusdam candidis intercinctus est. Omnes alligati contra capitis dolores & serpentium ietus profunt. Feruntur, qui lineas habent, lethargo, & capitis doloribus auxiliari.

¹⁰ Ophitæ lapidis meminit Plinius lib. 36. c. 7. sic inquit. Ex ophite columna, sed parva admodum inveniuntur. Duo ejus genera, molle candidum, nigricans durum. Dicuntur ambo capitis dolores sedare adalligati, & serpentium ietus. Quidam phreneticis, ac lethargicis adalligari jubent candidantem. Contra serpentes autem à quibusdam laudatur, præcipue ex his quem tephriam appellant à colore cineris: hæc Plinius. Verum Ophites marmor, quod vulgò vocamus Serpentina, porphyritæ ferè lapidis instar durissimus est, colore minime nigricante, nec candido, nec cinereo, ut in suo requirunt Dioscorides, & Plinius, sed viridi saturato, dilutis ejusdem coloris maculis resperso. Ex quo sanè constat antiquorum Ophiten à nostrate maxime fuisse diversum. Ophitæ lapidis vires tradidit Galenus lib. 9. simplicium medicamentorum, ubi sic inquit. Ophites quem vocant lapis ustus extergendi, confringendiq; vim possidet, seu etiam vitrum. Admodum enim & ipsum ex vino albo ac tenui epotum lapides vesicæ comminuit. Verum ipsum in lapidibus quissiam fortè non numeret. Et ²⁰ infra in Faspidis viridis mentione de Ophite ita scribit. Porro lapidem ophiten (depravati sunt Græci codices, qui habent οφαστιν) vir fide dignus re vera juvare morsus à vipera suspensum retulit. Sed ejusmodi facultates extra usum sunt metodo constantem: velut etiam Hieracitis, & Indici, cum profluentem ex hamorrhoidibus sistunt sanguinem. Lapis Græcis *Λίθος ὀφίτης*, Latinus, Lapis ophites: Italis, pietra Serpentina vocatur.

Duo

Ophitæ

lapidis

habet.

Ophites

marmor.

Ophitis

vires ex

Gal.

Nomina.

Λίθοι σὺν τοῖς σπὺγγι.

LAPIDES IN SPONGIIS.

CAP. CXX.

LAPIDES in spongiis inveniuntur, qui vesicæ calculos rumpunt, in vino poti.

³⁰ Lapidem in spongiis reperti, omnibus notissimi sunt: quippe quod rarissima sint spongia, qua hisce lapidibus vacent. Hædennus vires retulit Galenus lib. 9. simplicium medic. his verbis. Lapidem, qui repertiuntur in spongiis, frangendi vim obtinent, non tamen ita validam, ut lapidem in vesicæ comminuant, unde qui id scriptum reliquerunt, mentiti sunt: verum qui in renibus consistunt rumpunt, velut qui ex Cappadocia convehuntur, quos in Argeo nasci ajunt. Solvuntur autem hi in succum colore lacteum: ex quo liquet, quod extenuandi vim obtinent, absq; ut insigniter excalfaciant. *Λίθοι σὺν τοῖς σπὺγγι* Græcè, Lapidem in spongiis reperti dicuntur: Arabicè, Hagar alsefengi: Italicè, Pietre delle spugne.

Lapidū

spongia-

rum vires

ex Gal.

Nomina.

Λιθοκόλλα.

LITHOCOLLA.

CAP. CXXI.

Lithocolla glutinum, quo lapides conjunguntur: conflatur autem ex marmore, lapide Pario, & taurino glutine. Potest candente specillo admotum, incommodos oculis pilos replicare.

⁴⁰ *Λίθος ὀστρακίτης.* LAPIS OSTRACITES. CAP. CXXII.

Ostracites testæ similitudinem habet, crustosus, & in laminas fissilis, quo mulieres ad detrahendos pilos, pro pumice utuntur. Menfes drachmæ pondere potus ex vino sistit. Si quatuor diebus à purgatione bibatur sicilici pondere, foeminis præstat ne concipiant. Cum melle autem impositus, mammatum inflammationes lenit, & nomas cohibet.

⁵⁰ Ostraciten lapidem, quo pumicis vice usa est antiquitas, hæcenus mihi videre non licuit: quanquam reperiri hunc in Hildesheimio circa antrum à nanis appellatum, colore subrubeo, & ostracorum testis similem, libro quinto de natura fossilium scribit Agricola. Ejus vires tradidit Galenus lib. 9. simplicium medicamentorum, sic inquit: Porro ostraciten vocatum lapidem prædicare quosdam audio, quasi desiccandi valenter facultatem obtineat, temperatam ex adstrictione & acrimonia, velut & Geoden nomine, pupillas expurgare, & uberum testiumq; phlegmonas sanare, ex aqua videlicet inunctum. Lapis Latinus ostracites Græcis *Λίθος ὀστρακίτης* dicitur: Italis, Pietra ostracite.

Ostracite

lapidis

confid. &

vires.

Nomina.

Σμύρις λίθος.

SMYRIS LAPIS.

CAP. CXXIII.

Smyris lapis est quo annularii sculptores lapides expurgant, ad erodendum, & urendum utilis: gingivis, quas humor vexat, prodest: dentifricio commendatur.

Ἀμμοσ αἰγιαλῆτις.

ARENA LITORALIS.

CAP. CXXIV.

⁶⁰ Arena è litoribus sole fervefacta, hydropicorum tumores exugit, si capite tenus in ea obruantur. Torreretur ad ariolos foras, pro milio aut fale.

Smyris vulgè nobis Smeriglio, notissimus est lapis, præsertim quod ejus pulvere expoliantur gemmæ, & armorum omne genus. Vitrum quoq; Smyride lapide finditur, quemadmodum & adamante tanta inest ei durities. Hujus vires Galenus lib. 9. simplicium medicamentorum, his verbis describitur. Sed & Smyris vocata, quod multum abstergentem habeat facultatem, clarum est vel ex eo quod dactylioglyphi hoc est, qui anulos exculpunt, eum in usum illo utantur. Quin etiam quod dentes puros efficiat, experti sumus. Lapis, qui Græcis *Λίθος σμύρης*, Latinus lapis Smyris appellatur: Italis, Smeriglio, Quæ verò Latinus Arena litoralis, Græcis *Ἀμμοσ αἰγιαλῆτις*: Italis, Arena marina dicitur.

Smyridis

confid. &

vires ex

Gal.

Nomina.

M m m 4

Ἀμμοσ αἰγιαλῆτις.